



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Declaratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

108 DECLARATIO.

simè potuit facere Pontifex, cum sit Dominus absolutus omnium eiusmodi bonorum : imò *Ioannes XXII.* concessit Carthusianis, vt possint recipere decimas à suis colonis, aliàs debitas Ecclesiasticis, etiamsi iam essent in possessione. *tom. 2. qu. 44. art. 4.*

Lucius III. & Bonifacius VIII. idè cōcesserunt Fratrib. S. Ioannis Hierosolymitani pro prædiis, & terris quas ipsi per se, vel per alios, ad tempus, nō in perpetuum excolunt. *ibi.*

Multa alia similia priuilegia data sunt Cistertiensibus, & aliis. *ibid.*

DECLARATIO.

Vide Lex, Oraculum.

Innoce. VII. & Leo X. concesserunt Superioribus Prædicatorum & Minorum, vt cum consilio aliorum Patrum (quando res est momenti) possint autoritate suæ Sanctitatis declarare omnia subditorum dubia, adè vt securè possint & debeant subditi acquiescere. *to. 1. q. 11. art. 5.*

Idem *Leo X.* amplians prædictam concessionè statuit quod scrupulosi possint securà conscientia in omnibus

DEGRADATIO. 109

bus stare declarationi sui Guardia-
ni, & cuiuscumque alterius Prælati.
Sub quo comprehenduntur Vicarij
& Præsidentes in absentia Guar-
diani. *ibid.*

Dubia orta ex verborum ambigui-
tate, Jurisperitorum interpretatione,
in fauorem Regularium sunt semper
intelligenda. *Ex concess. Leon. X. &
Iulij I. art. 6.*

DEGRADATIO.

Vide Eicere è Religione.

DEgradatio est duplex, verba-
lis, quæ fit solis verbis pri-
uantibus Clericum, aut Religiosum
omni dignitate & priuilegio cleri-
cali; & actualis, siue solemnis, quæ
fit verbis & ceremoniis. Post hanc
statim potest iudex secularis acci-
pere degradatum. Quæ suo modo
applicanda & moralisanda sunt in
simplici electione, & exutione Mo-
nachi à Religione: nam eiectio ver-
balis, quæ est, quando sententia dif-
finitiuâ datur contra Fratrem eii-
ciendum, æquiparatur verbali de-
positioni; actualis verò exutiò ha-
bitus actuali degradationi. *tom. I. q.
23. art. 4. & 5.*

Epifco